



**R.P. Valerii Reginaldi Bvrgvndi Seqvani E Societ: Iesv,
Praxis Fori Poenitentialis**

Ad Directionem Confessarii, In Vsv Sacri sui muneris ...

Regnault, Valère

Mogvntiæ, 1617

Cap. 30. De societate circa animalia,

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78332](#)

apponit operas; dummodo huic ab illo iusta compensatio fiat; tantum, verbi gratia, cedendo de lucro eo negotiacione expectato, quantum estimari potest tale periculum, verique adhuc virinque animus negotiandi. Nam si quis potest reire totum periculum in locum, id recompen- fando sufficienter, data maiore, quam effet aliis ei debita, lucri parere, prout ante ostensum est, cur non poterit simili modo in eum reire periculum durarum partium capitis relinquendo ei tot partes lucri, quod sufficient ad compensandam periculi susceptionem? Virum autem eset manifesta, si quis absque iusta compensatione, vellet capitale sibi pro parte securum esse; quia pro parte etiam interueniret mutuum ex quo lucrum caperetur.

S E X T U M est, eidem sententia non aduerlari bullam Sixti V. que incipit, *Detectabilis, cum damnat societatem initam cum pacto de faluo capitali. Nam intelligenda est, cum tale pactum sit ex vi ipsius societatis; non autem ex vi alterius contractus ei admixta, ut Toletus qui etiam consilios erat, respondisse fertur.* Et ratio esse potest, quia per hoc non tollitur ratio & iustitia licet societatis; per illud autem tollitur. Est enim manifesta iniustitia, si quis eo solo nomine, quod in societatem tradat alteri pecuniam, velit ut se faciat de ea securum. Namque vi filius societatis, ad nihil aliud focci tenetur ex iustitia, quam ad iustam distributionem damni, & lucris periculi fortis vniuersusque remanente apud unum quemque. Quinimo, ut bene loco cit. notat Caietan, ex vi filius societatis, socius non potest alium socium cogere ad incedendum secum asecuracionis contractum; quia id onus est, quo ipse gravari non potest, nisi ultra suaque sponte velit illud subire.

S E P T I M U M est, eidem sententia consentaneum esse, quod Nauar. in Enchir. c. 17. num. 257. habet licitum esse legare parochio, aut beneficiariis alicuius Ecclesie certam pecuniam, ut illam per perpetuas negotiationes exponant accidionem quatuor, vel quinque pro centum singulis annis, ex quibus solvatur stipendium dicentibus aliquot Missis, quia id efflegare fructum quem talis pecunia etiam manens salua, potest exposita negotiatione proferre, ob adiectos ad contractum societatis duos alios asecuracionis iustos. Postremum est, eadem ratione qua admittitur proposita sententia, admiti pariter posse, licitam esse societatem, quia si operari suam collocat in commune, vult tantum certum quid, & esse propterea liber a damno. Nam id est societas addere contractum asecuracionis, aut potius inire contractum locationis operarum, quo in stipendium accipitur pars lucrum ex negotiatione prouenientis, quem admodum habent in rebus Societas 1. Angelus, §. 6 & Sylvest. quest. 3. Multa quidem alia ob negotiantum miras inuentiones occurrere possunt dubia de illius modi societe, sed de illis eadem ratione ac de precedentibus iudicandum est; quandoquidem in illis partione expendendum est; an quid illicitum, aut iniquum contineant, necne.

C A P V T XXX.

De societate circa animalia.

S V M M A R I V M.

- 401 Varii modi quibus societas circa animalia celebratur.
 402 Conditiones requisiæ, ut societas circa animalia censematur licita.
 403 Quod illis concurrentibus sit li. ita.
 404 De societate in qua conservatur capitale restaurando i-
 taurant animalia quæ moriuntur, substitutione alterum quæ nascentur.
 405 De societate in qua dantur animalia, estimata prelio, ad
 quod si fuerint obligetur recipiens, etiam illa percant
 sine villa ipsius culpa.
 406 De quadam societate que iniiri potest cum Monasterio, vel
 Eccl. sua.
 407 De societate in qua dantur anima'l i. a. l. certum tempus,
 plus tunc valitura, quoniam cum dantur.
 408 De societate in qua omnium ex fructibus capitale compen-
 satur apponenti illud.
 409 De societate in qua periculum capitalis pro medietate sit
 apponenti operari, vel industria'm.

DE hac societate quam sociam appellant, latius disserunt D. Ant. 2. par. tit. i. c. 7. §. 39. & quatuor sequentiibus, Conrad. de contract. q. 88. Angelo & Sylvest. Societas 2. Tab. vsura 3. n. 6. & 7. I. alius Zecchi in tract. de vsur. c. 7. n. 7. & 8. Gabr. in 4. distinct. 15. quest. 11. art. 3. dubio 11.

Ea autem contrahitur nonnunquam; animalia, & circa illa industria'm, ac operas in ordine ad lucrum conferendo in commune; quasi cumulo facta ex omnibus, & lucra, & damna ab unoquoque pro rata parti per ipsum apposita participentur, comodo quo expositum est in superiori capite, dubio 2. Nonnunquam vero, quod frequentius est contrahitur uno dante animalia alteri, qui suas operas, & industria'm ponat in eis pacendis, & fructibus colligendis ex iisdem. Qui modus adhuc varius est, ut patet per tradita loco cit. ab Angelo, & Syl. Nam in eam societatem interdum conferuntur animalia cum aliquo prædio ad illius culturam, ut quando villico pauperi traduntur boves, aut equi quibus agros colere possit. Item aliquando traduntur firma, & certa in omni eventu id est, cu' conditione, ut si perirent, quoquecasu id fiat; illorum iactura resarcitur per accipientem. Aliquando vero traduntur non certa; itaut perirent absque lata, vel leui culpa recipientis, pereant danti.

Quorum tamen modorum priore non celebratur vere contractus societatis, sed potius ut rete notat Sylvest, contractus venditionis. Qui ut ceseatur licitus, requirit ut dans nihil accipere possit præter iustum premium; itaut de fructibus adhuc participant, vsuram committat palliatam; nisi ille cui dedit, motam trahat in soluendo idipsum premium, & nihilominus percipiat fructum ex animalibus emptis; quo casu accipi potest aliqua pars fructuum tanquam interesse, quemadmodum loco cit. habent Ange'us §. 9. & Sylvest. q. 4. Quod intellige cum distinctione ante trad. ta nu. 301. Item aliquando ille qui animalia confert, tertium stipendium soluit ea recipienti; aliquando vero recipiens dat certum quid animalia ponenti; quod utrumque locationis contractus potius est quam societas, cum illud sit conducere operas, & iustud sit conducere animalia.

I AM ut societas censematur licita, tres conditiones requiriuntur. Prima est, ut animalia in societatem collata stetit periculum ea ponenti; quoniam ex vi societatis ipse retinet ilorum dominium; quo sit, ut pereuntia debeat ei, tamquam domino, perire; nisi interueniat contractus asecuracionis corundem animalium; ea ratione factus quia in superiori capite habitum est fieri contractum asecuracionis pecunia capitalis. Aut nisi interueniat pactum, ut periculum quoque modo contingat, sit commune; facta ob id compensationes iusta recipienti; qui quidem non teneat alio quillud subire, si nulla sua lata, vel leui culpa (de qua utrumque unumquemque socium teneri habitum est in praecedenti num. 374.) contingat animalia ipsa perire.

Secunda conditio est, ut ex vi talis contractus lucra, & damna communia sint ex aequo, pro rata fortis vniuersique loci; perinde ac in societate circa negotiationem dictum est in proxime praecedenti capite.

Tertia est, ut nullus sociorum oneretur plus alio, ex vi alii contractus, sicut censematur onerari cum minimum est pretium, quo estimantur animalia data in societatem, aut si qui operas ponit, iustum earum mercedem non accipit iudicio boni, peritique viri, aut cogit solvere pensionem inter grām et tempore quo animalia in societatem accepta, fructum suum proferre deferunt, sine villa sua culpa, aut ob culpan apponentis, aut ob aliquem calum fortuitum; prout docet Nauar. in Enchir. c. 17. n. 260. aut demum periculi animalium quocumque modo eveniat, cogitare subire, sine iusti prelio compensatione, aut subire eiudem periculi partem; non facta ideo diminutione pensionis in iustum compensationem, ex cod. ibid. Et ratio est, quia aperte inter socios continget inæqualitas, qua vnu præ alio gravaretur contra iustitiae commutatiæ æquitatem; & ideo cum peccato & obligatione ad restitutionem.

Atque conditionibus his, concurrentibus dubium non est quin licite iniiri possit societas circa animalia in ordine ad lucrum, & ad fructus ex illis percipiendos. Si enim pecunia in societate circa negotiationem, deseruire potest ad percipiendum ex ea lucrum; poterunt sane potiori iure in hac

quoque societate deseruire animalia, quæ ex se reddunt fructus pecunia estimabiles. Quod quidem apertissimum est in societate ea, in qua plures loci emerunt animalia communia, & expensas omnes soluerunt, ac inter se fructus, & lucra diuiserunt secundum proportionem capitalis ad capitale, quod quisque appofuit; atque secundum eandem proportionem ad expensas contribuerunt, ac periculum capitalis in se suscepserunt. Nam dubitari non potest quin talis societas sit licita ad quam, vt ad regulam examinari debent certar. Sed interea adverte variationem in aliquo, aut in aliis quibus eorum, quæ ad illam concurrunt, non impedit quo minus ipsa sit iusta, quando illud in quo varatio contingit, sufficienter aliunde compensatur; quia vt sine compensatione efficietur iusta; sic ea interueniente, constituetur ex qualitate quam iustitia commutativa exigit.

Cæterum animalia, quæ in societatem traduntur, alia sunt minera, quæ in valore matres aquant intra annum; vt oues, capræ, sues, alia vero minora, quorum fructus annus ordinarie non ascendet ad valorem matris. Atque societas circa hæc inita, communiter durat quinque annos; inita vero circa illa tres tantum annos.

Cæterum que de hoc societatis genere in cōmuni addenda videntur, satis nota esse possunt ex dictis in duobus præcedentibus capitibus. Quæ autem in particulari sunt addenda, spectant ad pactiones quibus ipsum vestri solet. Atque confit quidem seruandum esse in eo illud quod inter socios iusta pactione conuentum fuerit: siue nihil conuentum sit, standum esse consuetudini loci, nisi prudentium arbitrio, ea censeatur peruersa. Multi sunt tamen dubia, quæ in particulari mouentur de plerisque pactis, sintne vñaria, aut iniusta, quæ omnia persequi non est necesse; sed sufficiet quæ frequentiora sunt attingeri: quandoquidem ex antedictis in cōmuni, & ex eorundem frequentiorum sequenti xplicatione, erit facile, dispeñi ac ponderari cū cunctis, satisfacere cæteris quæ occurrerint.

Dubia de pactione societate.

PRIMVM DVBIVM ES T; an licitum sit contractus quo tradit quis pastori, aut alteri rustico centum oues his conditionibus. Prima, vt illas pascat, & custodiat: secunda, vt cōseruentur semper in eo numero; mortuas restaurando ex carum fructibus; tertia, vt in fine cuiusque anni ex eorundem fructibus residuus accipiat medium partem.

Respondendum est ex Sylvestro Societas 2. quest. 9. talento contractum non esse vñarium: quia nulla est in eo conditio de salvo capitali, itaut exdem oues si absque sc̄uo perire morte naturali, aut casu fortuito, dant per eam tanquam domino, non autem recipiēt. Eſſe vero iniquum, quia perinde inītur, ac si oues de eſſent immortales. Quod tamen adverte tantum procedere, quando dominus, & pastor, seu rusticus non faciunt aequaliter expositi damno, & luero: sed rusticus grauari inueniatur, vt quando media illa pars residuorum fructuum, saepe minus valet quam ipſius opera, & industria mereatur; non item quando saepe eadem pars operas ipsas, & industrias pastoris excedit. Cæterum, vt in hac re procedatur tuatore conscientia, consultum effet, vt dominus, & conducteret pastoris operas certo præcio illici aequivalenti, boni peritique viri arbitrio.

SECUNDVM DVBIVM; an licitum sit contractus quo aliquis centum oues certo pretio aſtimatas dat alicui cum pacto, vt de eis fructu aliquid ei tribuat, & adhuc reddat pretium quo fuerint aſtimatae, etiam si nulla sua lata, velleui culpa, sed casu fortuito aut morte naturali perirent.

Ad quod respondendum est in Syl. in preced. q. 4. & Tabien. vñara 3. n. 6. contractum esse vñarium, quia in eo causa dominus vendit illas oues rustico, ei dans mutuo illarum pretium, & ex tali mutuo accipiens lucrum, quod vñarium est. Immo etiam si id fiat solum, vt accipiens redatur diligenter, sine intentione illum reuera obligandi, aut aliquid ab eo accipendi, illicitum est, tanquam scandalizantium, vt habet Syl. quest. 7. concl. 2.

TERTIVM DVBIVM; an bonus sit contractus, quo quis Monasterio, vel Ecclesiæ tradit centum oues cum pacto, quod pro singulis accipiet quotannis duos solidos tota sua vita, siue omnes, siue plures interea moriantur: quoniam

autem ipſo defuncto manerint, eiusdem Monasterij sunt, vel Ecclesiæ.

Ad quod idem Syl. in preced. quest. 3. responderet, bonum esse contractum, dummodo absit dolus, & fraus omnis, qualis est si oues morbo aliquo inficerentur, velescent morti vicinx, neque recipientes ad id aduerterent. Ad cuius responsionis confirmationem facit; quod in eo idem fere cōtingat, ac cum quis Monasterio, Ecclesiæ, Capitulo, aut Hospitali donat sua bona, aut eorum partem, vel pecunia sumnam cum onere, quod semet, vel alium sustentabit, ita ipsius vita, ipsq; mortuo habeat omnia quæ supersunt.

QVARTVM DVBIVM; an licitus sit contractus quo Titius animalia Sempronio dat, vt ea suis expensis, industria, & cura nutrit, curetque vt fructus, & sc̄uo edant; dat inquam cum pacto, quod in fine quatuor, aut quinque annorum ea vendantur, & Titius suum capitale accipiat, si saluum fuerit; reliqua vero ex æquo dividantur.

Ad quod responderet, licet uel esse, prout expressi Tabien. vñara 3. num. 7. dummodo animalia ipsa exposita sint periculo Titi, ad nihilque tenetur Sempronius, si illa in ipso fine minus valent, quod est perisse ex parte, vt nec si in totum perirent, atque media illa pars lucri probabiliter expectari, sit iusta merces operarum quas Sempronius ponet, & compensatione expensarum quas faciet.

QUINTVM DVBIVM; an licitum sit animalia in societatem tradere alteri ea lege, vel lucrum sit commune; sed qui illa accipit, de hoc nihil capiat, donec iustum eorumdem animalium premium ex ipso lucro sit domino refusum.

Ad quod responderet ex D. Anton. Nauar. in Enchir. c. p. 17. num. 261. tamē contractum esse licitum, dummodo ea animalia perirent ante r. cuperat: in sc̄uo, perirent domino, non autem ea recipiēt: nisi id contigerit sua lata, vel leui culpa, iuxta antedicta Syluestris tamen vñara 2. quest. 7. concl. 5. putat in eo committi iniustiam, etiam si non committatur vñaria, quia si post dictam recuperationem sortim perirent omnia animalia, socius qui operas appofuit, periret omnino illarum fructum. Sed quia alter quoque perdit aequaliter fructum ex suis animalibus; iuste re supponimus, per societatem exspectatum; par est vt triusque conditio, e modo quo expositum est in præcedenti numer. 391. 2. Quatenus in re vt utilitas seruetur, requiritur, vt tanto maior portio luci sperari debatur rusticō, quanto plus ei impendet periculis perdendi suam operam, & impensas ab ipso facandas. Id enim requiritur ad aequalitatem proportionaliter seruandam in societate.

VLTIMVM DVBIVM est; an licet dare rusticō oues hoc pacto, vt si illa perirent, ipse ex æquo cum eas apponente particeps sit danni: si vero non perirent, fuerintque multiplicatae, extrahatur capitale, & detur apponenti; ac deinde lucrum inter eos aequaliter diuidatur.

Ad hoc responderet esse quod non licet, patet, quia in tali contractu rusticus minus grauatur: quandoquidem ipse perdit tam medianam partem sortis, quā operas apponitas; cum alter socius amittat solummodo dimidium sortis, vnde fit vt socij contra naturam contractus societatis non sint in dimino sustinendo aequales. Neque satis faciet quis dicens in tali contractu contineri virtute alium venditionis talium animalium pro media parte; perinde ac si illa apponens, rusticō operam, & industria apposituro daret mutuo dimidiatiā partem preiū eorumdem animalium, & ipse alearam adderat ad illa cadem coniunctim emenda. Nā sita sit, vñarium erit contractus, in quo videlicet, ob mutuo datam illā medietate accepitur preium ratione mutui: si pedium, inquam, rusticō debitum pro parte opera, & industria ac expensarum, quas fecit nomine alterius socij, quislibet particeps est commoderi pro medietate, debet esse & onerum. Quod si quis dicere malit, in tali contractu virtute continerialium affectionis, concedemus locum illis posse proprieſtiati societatis; dummodo in ea res sic ad aequalitatem prudenter arbitrio redigatur, vt rusticus accipiat iustum mercedem opere, & industria, siue, ac expensarum in summa preium oneri quod subit, suscipiendo in se medianam partē periculi. Id quod in proposito contingere dici non potest; nisi constet tantū fructus percipi ex ipsis animalibus, vt a qui ualeat tam pensioni quæ domino soluitur, quam mercede

rultico

tutico debito pro ipsius opera, industria, & expensis: ac etiam pro iusto assurcationis pretio. Si enim secus accidat, violatur illa generalis regula iuris. Secundum naturam est, comoda cuiusque rei cum sequi, quem sequentur incommoda. Quae regula est i. o. ff. De regulis iuris. Violatur etiam illa specialis passim recepta ab authoribus in hac materia. Quod quanquam tunc alia, atque alia pacta adiiciantur in societate, tam lucrum, quam dampnum debeat esse commune, atque portiones lucri, ac damni debeant spectato periculo, carcerisque circumstantiis ita distribui, iuxta quantitatem rerum contributarum; ut is qui ceteris paribus plus contribuit, maiorem portionem recipiat, aequalem vero, qui aequaliter contribuit, cum sit consentaneum partes lucri proportionaliter respondere partibus in societatem collatis: grammaticis omnibus interea compensatis. Quod quidem curandum est, quia societas alioqui erit, aut usuraria, aut saltuum iniusta: atque adeo laqueus de quo Apostolus in priori ad Timoth. cap. 6. Qui volunt diuitias fieri, incidunt in tentationem & laqueum diaboli.

TRACTATUS V.

De censibus & Cambiis.

Con tractatus praecedentibus proxime subiungitur; quia censu*s* & cambiu*m* ratione aliquam habent venditionis & emptionis. De censibus autem agunt Theologi scolastic*i* in 4. distinc*t*. 15. potissimum Gabrie*l* qu*est*. 12. Simularij in verbo censu*s*, & in verbo usur*a*. C*o*radus de contr*act*ib*us*, qu*est*. 73. ad 87. Medina in Cod. De acqui*s*it*u*s per usur*a* qu*est*. 11. & deinceps. Sotus lib. 6. De iustitia & iure qu*est*. 5. Nau. in comment. De usur*a* notabilis 22. v*f*q*u*; ad fin*e*, & in Enchir. cap. 17. num. 232. & quatuor sequentibus. Couar. in lib. 3. variar. resolut*u* cap. 7. ad 11. Angelus in 2. parte flor*u* Theol. qu*est*. Decensibus Gregor. à Val*ent*ia 2.2. dis*pu*t. 5. qu*est*. 22. Lud. Molina de iust. & iure tract. 2. à dis*pu*t. 38. ad 39. Leon. Lessius lib. 2. De iust. & iure ca. 2. Ferdinandus Rebellus de oblig*at* iusticie par. 2. lib. 10. De c*abi*is vero agunt Theologi loc*c*itato. Simularij in verbo Cambi*u* aut Camp*for* adhuc que Angelus in verbo usur*a* 1. à n. 51. Tab. usur*a* 15. Syl. usur*a* 4. Roel. usur*a* 6. Caet. in tomo 2. op*u*sc. tract. 7. Med. in Cod. De acquis*it*i*s* per usur*a*, qu*est*. 5. ad 10. Conrad. De contr*act*ib*us* qu*est*. 99. Sotus lib. 6. De iust. & iure qu*est*. 8. & sequ*u*ib*us*. Nauar. in Enchir. cap. 17. num. 283. v*f*q*u*; ad fin*e*; Couar. in collatione veteris et numismatum cap. 7. Angles loco cit. qu*est*. De c*abi*is. Gregor. à Valent. in sequen. qu*est*. 23. Molina à sequenti qu*est*. 39. ad 410. Lessius in sequenti cap. 2.; & Rebellus in sequen. lib. 11. Ad aliquot autem qu*est*iones reuocabimus ea quae videntur hic tradenda.

CAPUT XXXI.

De natura & conditionibus censu*s*.

SUMMARIUM

- 410 In quo consistat natura censu*s*.
 411 Quatuor conditiones iure natura seruanda in emptione censu*m*.
 412 Collecta ex Extra iugantibus Martini V. Cal. x i III.
 413 A Pio V. in bullare relat*u* à Navarro plures assignata.
 414 Quorum ob*ser*ua*ti*o non sit necessaria, vbi eadem bull*a* nec recepta v*f*su*n*, nec publicata.
 415 Censu*s* v*f*su*n* frequens i*st* i*us*, in quo aliquot eiusmodi conditi*n*es non servantur.
 416 Censu*s* v*f*su*n* inquit redimibilis licitus quidem est in speculatione, sed in pr*axi* ritandus tanquam per*su*os.
 417 Quatenus licet a venditore censu*s* cogere, vi preter rem ipsi censu*s* subiectam, alia sua b*on*a in pignus oblig*at*, vel fiduci*for*em det.
 418 Quatenus licet um sit pastum, ut post quadriennium mutetur res*tab*ili*c*a censu*s*.
 419 De contr*actu* quo d*omi*ni sumulo non valens solvere nota-

QVASTIO I.

Quas conditions censu*s* requiri at*v*it sit licitus.

De iure naturali quatuor conditiones in emptionib*us* censu*m* seruari debent. Prima, ut censu*s* fundetur in re frugifera: hoc enim in praeced. qu*est*. satis aperta ratione probat*u* est. Secunda, ut ematur iusto pretio: hoc enim ex D. Thoma 2. 2. q*77*. art. 1. necessarium est ad omne emptionis & venditionis contr*actu*um. Tertia, ut si res censu*s* aut in totum, aut in part*e* pereat, aut sterilis fiat absque culpa & malitia censu*s*, cest censu*s* pro rata; cestante feliciter utilitate ad qu*am* percipiend*u* dicebatur esse i*us*: at*q* adeo sublat*o* fundamento, quo id ipsum i*us* nitebat*ur*. Confirmatur, quia sic natura comparat*u* est (nisi periculi*s* contr*actu* aliud iuste caueatur) ut res ita domino suo per*ce*at, quod ipsa penitus

- bilem summam ei debitan, constituit eidem certam pensionem annuam, & de contr*actu* simili quo debitor non valens solvere creditor*u*, constituit ei censu*m* annuum.
 420 De contr*actu*, vi pereante re censu*s* apposita, man*u* persona venditori*s* obligata ad solut*o*rem pen*si*ni annua.
 421 De censu*s* constituto super dominum, aut molendinum quod corr*u*it.
 422 De censu*s* constituto super rem iam sat*is* onerat*am*.
 423 De censu*s* constituto auctoritate Iudic*u* condeinantis.
 424 Explicatio dub*ij*, an censu*s* redimi possit ex parte.

QVASTIO I.

Quid sit censu*s*.

Variis modis censu*m* dici videre est apud Couar. initio citati cap. 7. libri 3. varia*r*. resolut*u*. & apud Lud. Molina in citata disput. 38. hic autem sumitur prout est contr*actu*; cuius natura consistit in eo quod sit ius exig*end*i pensionem de alterius re utili emptione acquistum. Intellige autem iuri nomine facultatem seu potestatatem faciendi aliquid secundum iustitiam, seu titulo iuste: qualis in censu*s* est ex emptione; non quidem pensionis, ut quis existimat*ur*; sed iuri*s* eam ex*igen*di.

Nomine pensionis vero, intellige utilitatem pecuniam aut fructuariam, quae emptione, & venditione praedit*u* iuri*s* acquiritur in frugifera; cuius dominus immedio*m* ius habet in fructibus eius, & medium in pecunia quae ex i*ss*dem fructibus distract*is* confici potest; ideoque in se suscipere potest onus soluendi pensionem, sicut fructuariam, ita & pecuniarum illius vice.

Nomine demum rei utilis alterius, intellige rem ex qua venditor*s* censu*s* potest reuera, legitimeque utilitatem percipere, siue ipsa sit res immobilia: vt fundus, domus, flumen, sylva, portus, fodina metallica, annui redditus, & alia similis ex qua emolumen*u* percipitur: siue etiam mobilis, vt gressu*m*, armamentum boum, &c. dummodo eo ipso res statum lucrosum habeat, quemad. Medina notat in Cod. De ac*qui*s*it*i*s* per usur*a* qu*est*. 11. Et confirmatur: quia ius percipiendi utilitatem ex re qua nullam potest recip*u* gig*ne*, si*ct*um est. Censu*s* vero censetur eius generis esse, quando non const*it*uitur in re frugifera. Quare si*ct*ius, meraque usur*a* palliata esse, existimari debet. Quod idem pariter dicendum est de censu*s* fundato in re non praestante domino i*uo* tantam utilitatem, quanta est pensio soluenda: quandoquidem vt se habet totum ad totum, sic se habet pars ad partem: nec potest quisquam vendere, aut pendere utilitatem, quam non potest percipere.

At*q*; facile potest ex his distingu*u* contr*actu* censualis a mutuo, locatione & emphyteusi, cum quibus habet similitudinem. Cum enim per mutuum transferatur dominium cum obligatione tantumdem restituendi; per censualem contr*actu*um transfertur tantum ius exig*end*i, & percipiendi pensione, sine necessaria obligatione restituendi capitale, si pensio ipsa solvatur. It*e* cu*m* in locatione, & emphyteusi pensio accipiatur ex re propria, in censu*s* accipitur ex re alterius. Aduerte autem obiter, à Doctoribus in hac materia frequenter accipi nomē censu*s*, vt pro iure exigendi pensione, sic & pro ipsa pensione. It*e* cu*m* qui pensione soluit, censu*s*, & cu*m* cui soluitur, censu*s* dici à nonnullis: quos imitari nō pudebit.

QVASTIO II.

Quas conditions censu*s* requiri at*v*it sit licitus.